



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXII.


15. Maij. Idibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45295

S. BERNARDUS, ser. 55. in Cant.

Judici-
um de
scipso.

Judicabo mala mea, judicabo & bona. Mala melioribus curabo corrigere actibus, diluere lacrymis, punire jejunijs, cæterisque sanctæ laboribus disciplinæ. In bonis de me humiliter sentiam; & juxta præceptum Domini, servum me inutilem reputabo, qui, quod facere debui, tantum feci.



15. Maij. Idibus.

Obijt
anno
1618.Stat
promis-
so sub
mortem
facto.

B. MARGARITHA, Vallis Rosarum monialis: quæ à sæculi vanitate ad DEUM toto animo conversa, humilitatis operibus, & perfectionis omnimodæ studio te continua exercitatione addixisti. Raptus frequentes experta, beatissimæ cœlorum Reginae præsentiam fruebaris; spiritu etiam prophetico clara. Cùmque extrema agitudine laborares, & inopinata paralyfi Abbatissa miserè cruciaretur; tu pollicita es, te illi statim à morte sospitatem integerrimam de cœlo allaturam. Quàm verò compendiosum eò iter habueris, eodem penè momento secuta promissi veritas fidem fecit. *Ferale malum*

lum est paralysis, efficiens ex homine spi- Anima
rans cadaver. Tu animam meam ab hoc paraly-
morbo libera: move stupidam ad opera pi- sis.
etatis: ne jaceat in vivo corpore, velut pu-
tridum cadaver.


B. RICHARDE; monasterij Ebo- *Floris*
 racensis in Anglia pius quondam asce- *anno*
 ta sub Instituto Benedictino. Cujus *1132.*
 arctiorem observantiam desideranti,
 duodecim se socij adjunxere, cum qui-
 bus ad incultam eremum egressus, ope
 Trustini Archiepiscopi, initium dedi-
 sti monasterio Fontanensi. Celeber-
 rimâ deinde Ordinis Cisterciensis fa-
 mâ motus, à Patriarcha BERNAR-
 DO monachos petijsti, qui te illius ri-
 tus edocerent. Quem favorem quàm
 ille benignè indullerit, loquitur aurea
 epistola, quâ te in bene ceptis confir-
 mavit. Crevere deinceps in tantam
 amplitudinem tui Fontes, ut ex illis
 integra flumina virorum sanctitate &
 doctrina illustrium prodierint. *Discam*
& ego ex hac epistola illud, quod in te ad-
mirans Bernardus laudat, proficiendi in
meliora studium: nec sim inter illos, quos
ibidem ita deplorans, ait:

S. BERNARDUS, Epist. 96.

Multo facilius reperias, multos se- Pauci-
culares converti ad bonum, quàm tas pro-
unum

scien-
tium
deplo-
ratur.

*unum quempiam de religiosis trans-
ire ad melius. Rara avis in terris
est, qui de gradu, quem fortè in re-
ligione semel attigerit, vel parum
ascendat.*



16. Maij. 17. Cal. Junij.

Obijt
anno
1197.

Lata
visione
recrea-
tur.

B. EUSTACHI, Abbas monasterij
Hemmenrodensis: qui, ut paratam
laboribus tuis in cœlo mercedem in
hac vita prægustares, eandem lætissi-
ma visione tibi Mater totius consola-
tionis ostendit. Ex more constitutio-
num Ordinis filios Heisterbacenses vi-
sitaveras: cum quibus dum in solenni
psalmodia hymnum, *Te Deum lauda-
mus*, decantares; visa est illa de cœlo
delabi, & pendentem aureâ catenâ co-
ronam manibus in medium chori de-
mittere. Nobile hoc sertum pro gem-
inis gestabat inserta præsentium no-
mina, fulgore suo totum Oratorium
illustrantia. Silentium, finito cantico
factum, hæc vox ab illa descendens in-
terpolavit: *Sicut ego hodie sum in gloria
mea, ita isti omnes mecum erunt in æter-
num. Tu ora, ut meo in clementissimam
Matrem qualicunque devotionis affectu
impetrem*